

Edition Open Sources

Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

14. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils
DOI: 10.34663/9783945561102-34



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu* : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence. <https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

Probatur et sit illa b. potentia: et arguo sic b. pote-
 tia nunquam uniformiter mouetur ut patet secundo cor-
 relario prime conclusionis; nec continuo remittit
 motum suum: nec aliquando intendit et immediate postea
 remittit: aut contra: igitur b. potentia continuo in-
 tendit motum suum quod fuit probandum. Et sequentia patet
 cum maiore: et probatur prima pars minoris quod si sic
 datur proportio a qua incipit moueri b. potentia con-
 tinuo remittendo motum suum que sit f. qua habeat ad
 a. punctum illius resistentie a quo incipiendo moue-
 ri continuo per te remittit motum suum illud punctum
 a. incipit moueri a proportione g. maiore f. ut oportet
 et aliter est b. potentia non remittit motum suum et
 capio tunc c. punctum intensus a. puncto quod inci-
 pit moueri ab h. proportione maiore f. a qua incipit
 moueri b. potentia minori tamen g. proportione a
 qua incipit moueri a. punctum: et arguo sic b. poten-
 tia incipit remittere motum suum incipiendo moue-
 ri ab a. puncto successiue: a. puncto et alius punctus
 intensioribus versus potentiam mouentibus et sequen-
 tibus eam: igitur per aliquod tempus b. potentia
 precedit c. punctum: sed consequens est falsum: igitur
 illud ex quo sequitur. Et consequentia est nota: et talis
 consequentia arguitur: quod b. potentia et c. pun-
 ctum incipiunt in eodem instanti moueri ab eodem puncto
 et ipsa b. potentia continuo mouetur a mino-
 ri proportione quam punctum c. quia a minori continuo
 cum remittat continuo motum suum per te: igitur per
 illud tempus continuo c. punctum precedit b. poten-
 tiam: et per consequens b. potentia non illud tempus
 precedit c. punctum quod est oppositum consequentis.
 Et sic patet prima pars minoris. Sed secunda probatur
 videlicet quod b. potentia non aliquando intendit: et
 immediate postea remittit: quia si sic datur instans
 in quo incipit remittere ante quod immediate inten-
 debat motum suum in quo instans b. potentia sit in
 puncto a. a quo incipit remittere motum suum per te
 continuo cum intensiori puncto mouendo quam sit a.
 Capio igitur unam partem illius resistentie termina-
 tam ad a. punctum per quam b. potentia mouendo con-
 tinuo intendebat motum suum: et manifestum est quod ip-
 sa potentia b. sic continuo intendens motum suum
 per illam partem mouendo velocius mouetur cum
 quolibet puncto illius partis quam ille punctus moue-
 tur. Etiam enim non continuo b. potentia intendere
 motum suum illam partem transeundo. Et ex alia par-
 te ipsa potentia b. per te continuo remittit motum
 suum per illam resistentiam vel aliquam eius partem mo-
 uendo: igitur tunc ipsa potentia b. non continuo per
 illam partem mouendo tardius mouetur cum quoli-
 bet puncto illius partis quam ille punctus mouetur:
 sed consequens est falsum. quod antea quilibet punctus
 illius partis tardius mouebatur quam potentia b.
 sufficit moueri cum illo: igitur etiam modo cum conti-
 nuo quilibet punctus motum suum remittat. Et sic
 patet secunda pars minoris. Sed iam tertia probatur
 videlicet quod b. potentia non aliquando remittit motum
 suum: et immediate postea intendit: quia si sic datur
 instans in quo incipit intendere postquam remittebat
 et arguo sic: quia tunc vel b. potentia continuo ante-
 tea remittebat: vel aliquando intendebat et imedia-
 te remittebat: cum nunquam possit uniformiter moueri
 ex secundo correlario prime conclusionis: non prima
 ut patet prima parte minoris: nec secundum ut
 patet ex secunda: igitur b. potentia non aliquando re-
 mittit motum suum: et immediate postea intendit
 quod fuit probandum. Et sic patet tertia pars mi-
 noris et ex hoc tota conclusio. Ex quo sequitur

et correl.

primo quod ubi in medio non resistente est progressio
 siue extensio latitudinis resistentie uniformiter dif-
 formis in utroque extremo ad gradum terminatam:
 quolibet eius puncto intrinseco continuo remittente
 motum suum. quiescente extremo intensiori: et re-
 missiori velocius incipiente moueri quam mobile quod
 in tali resistentia mouetur sufficit mouere cum illo
 et extremo remissiori remittente motum suum ad non
 gradum vel usque ad motum proueniens a proportio-
 ne a qua incipit tale mobile moueri continuo in-
 tendens motum suum inclusive: vel ad minorem: tandem mo-
 bile illud ab eodem puncto cum tali resistentia in-
 cipiens progredi deuenit ad extremum remissio-
 num eiusdem latitudinis: dum modo ipsum mobile
 continuo quoad usque resistentiam inuenit moueat.
 Probatur correlarium quoniam si extremum remissio-
 nis illius resistentie remittat motum suum ad
 non gradum: vel ad motum illum a quo incipit b.
 potentia in casu conclusionis moueri continuo intendit
 motum suum: quod cum extremum remissius illius re-
 sistentie remiserit suum motum ad motum a quo b.
 potentia incipit moueri: vel ad minorem. b. poten-
 tia in certa proportione continuo mouetur
 et extremum remissius illius resistentie continuo
 illud extremum insequendo: et per consequens tan-
 dem in tempore finito illud extremum attinget quod
 fuit probandum. Patet igitur correlarium.
 Sequitur secundo quod illud idem dicitur potest de re-
 sistentia difformi cuius nulla pars est uniformis:
 cuiusque omnes partes immediate secundum extensio-
 nem sunt immediate secundum intensionem: utriusque
 ad gradum terminata quod de resistentia unifor-
 miter difformi et dictum est in hac conclusioe et
 suo correlario. Hoc patet ex probatione conclusionis
 et sui correlarii. Ex his omnibus conclusionibus
 sequitur tertio quod quantum ita sit ut in conclusionibus
 ponitur quando simul ab eodem puncto in eodem
 instanti per eandem lineam potentia et talis latitu-
 do resistentie incipiunt progredi siue moueri versus
 idem punctum: non tamen quando potentia incipe-
 ret moueri quando illa latitudo iam mouetur. Tunc
 enim in casu quarte conclusionis posset ipsa poten-
 tia intendere motum suum: et in casu quinte conclu-
 sionis remittere. Patet hoc facile quoniam posset
 pro aliquo instanti potius violenter in aliquo puncto
 quod velocius mouetur quam potentia sufficit moue-
 ri cum illo: vel in puncto quod tardius mouetur
 quam potentia sufficit adequate mouere cum illo
 et sic indifferenter intendet motum suum vel remittit

1. correl.

3. correl.

Quartumdecimum capitulum: in
 quo ponuntur conclusiones de velo-
 citate motus in medio non resistente
 in quo est progressio siue extensio la-
 titudinis resistentie non gradu aut ex-
 tremo remissiori quiescente insequen-
 do ordinem et modum calculatoris.

Expeditis conclusionibus debe-
 locitate motus in medio non resistente in
 quo est progressio latitudinis resistentie
 uniformiter difformis quiescente extremo intensio-
 ri. Jam restat inducere conclusiones de eadem ma-
 teria quiescente non gradu aut extremo remissiori
 quibus inducendis aliquas solio more supposi-
 tiones premitam.

Probatur: et sit illa B potentia, et arguo sic: B potentia numquam uniformiter movetur, ut patet ex secundo correlario primae conclusionis, nec continuo remittit motum suum nec aliquando intendit et immediate postea remittit aut e contra, igitur B potentia continuo intendit motum suum, quod [f]uit probandum. Consequentia patet cum maiore, et probatur prima pars minoris, quia si sic, detur proportio, a qua incipit moveri B potentia continuo remittendo motum suum, quae sit F, quam habeat ad A punctum illius resistentiae, a quo incipiendo moveri continuo per te remittit motum suum, et illud punctum A incipiat moveri a proportione G maiore F, ut oportet. (Alias enim B potentia non remitteret motum suum.) Et capio tunc C punctum intensius A puncto, quod incipit moveri ab H proportione maiore F, a qua incipit moveri B potentia minori tamen G proportione, a qua incipit moveri A punctum, et arguo sic: B potentia incipit remittere motum suum incipiendo moveri ab A puncto successive A puncto et aliis punctis intensioribus versus potentiam moventibus et sequentibus eam, igitur per aliquod tempus B potentia praecedit C punctum, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Consequentia est nota, et falsitas consequentis arguitur, quia B potentia et C punctum incipiunt in eodem instanti moveri ab eodem puncto et cetera, et ipsa B potentia continuo movetur a minori proportione quam punctum C, quia a minori F continuo cum remittat continuo motum suum per te, igitur per illud tempus continuo C punctum praecedit B potentiam, et per consequens B potentia non per illud tempus praecedit C punctum, quod est oppositum consequentis. Et sic patet prima pars minoris. Sed secunda probatur videlicet, quod B potentia non aliquando intendit et immediate postea remittit, quia si sic, detur instans, in quo incipit remittere, ante quod immediate intendebat motum suum, in quo instanti B potentia sit in puncto A, a quo incipit remittere motum suum per te continuo cum intensiori puncto movendo, quam sit A. Capio igitur unam partem illius resistentiae terminatam ad A punctum, per quam B potentia movendo continuo intendebat motum suum, et manifestum est, quod ipsa potentia B sic continuo intendens motum suum per illam partem movendo velocius movetur cum quolibet puncto illius partis, quam ille punctus movetur. Alias enim non continuo B potentia intenderet motum suum illam partem transeundo. Et ex alia parte ipsa potentia B per te continuo remittit motum suum per illam resistentiam vel aliquam eius partem movendo, igitur tunc ipsa potentia B non continuo per illam partem movendo tardius movetur cum quolibet puncto illius partis, quam ille punctus movetur, sed consequens est falsum, quia antea quilibet punctus illius partis tardius movebatur, quam potentia B sufficit moveri cum illo, igitur etiam modo cum continuo quilibet punctus motum suum remittat. Et sic patet secunda pars minoris. Sed iam tertia probatur videlicet, quod B potentia non aliquando remittit motum suum et immediate postea intendit, quia si sic, detur instans, in quo incipit intendere, postquam remittebat, et arguo sic, quia tunc vel B potentia continuo antea remittebat vel aliquando intendebat et immediate remittebat, (cum numquam possit uniformiter moveri ex secundo correlario primae conclusionis), non primum, ut patet ex prima parte minoris nec secundum, ut patet, ex secunda, igitur B potentia non aliquando remittit motum suum et immediate postea intendit. Quod fuit probandum. Et sic patet tertia pars minoris, et ex hoc tota conclusio. ¶ Ex quo sequitur | primo, quod ubi in

medio non resistente est progressio sive extensio latitudinis resistentiae uniformiter difformis in utroque extremo ad gradum terminatae quolibet eius puncto intrinseco continuo remittente motum suum, quiescente extremo intensiori et remissiori velocius incipiente moveri quam mobile, quod in tali resistentia movetur, sufficit movere cum illo et extremo remissiori remittente motum suum ad non gradum vel usque ad motum provenientem a proportione, a qua incipit tale mobile moveri continuo intendens motum suum inclusive vel ad minorem, tandem mobile illud a[b] eodem puncto cum tali resistentia incipiens progredi deveniet ad extremum remississimum eiusdem latitudinis, dummodo ipsum mobile continuo, quoad usque resistentiam invenerit, moveatur. Probatur correlarium, quoniam si extremum remissius illius resistentiae remittat motum suum ad non gradum vel ad motum illum, a quo incipit B potentia in casu conclusionis moveri intendendo motum suum vel ad minorem, sequitur, cum B potentia a motu, a quo incipit moveri, continuo intendit motum suum, quod, cum extremum remissius illius resistentiae remiserit suum motum ad motum, a quo B potentia incipit moveri, vel ad minorem, B potentia in certa proportione continuo velocius movetur quam extremum remissius illius resistentiae continuo illud extremum insequendo, et per consequens tandem in tempore finito illud extremum attinget. Quod fuit probandum. Patet igitur correlarium.

¶ Sequitur secundo, quod illud idem dici potest de resistentia difformi, cuius nulla pars est uniformis, cuiusque omnes partes immediatae secundum extensionem sunt immediatae se[c]undum intensionem utrimque ad gradum terminata[e], quod de resistentia uniformiter difformi et cetera dictum est in hac conclusione et suo correlario. Hoc patet ex probatione conclusionis et sui correlarii. ¶ Ex his omnibus conclusionibus sequitur tertio, quod quamvis ita sit, ut in conclusionibus ponitur, quando simul ab eodem puncto in eodem instanti per eandem lineam potentia et talis latitudo resistentiae incipiunt progredi sive moveri versus idem punctum, non tamen, quando potentia inciperet moveri, quando illa latitudo iam movetur. Tunc enim in casu quartae conclusionis posset ipsa potentia intendere motum suum, et in casu quintae conclusionis remittere. Patet hoc facile, quoniam posset pro aliquo instanti poni violenter in aliquo puncto, quod velocius movetur, quam potentia sufficiat moveri cum illo vel in puncto, quod tardius movetur, quam potentia sufficit adaequate movere cum illo, et sic indifferenter intendet motum suum vel remittet.

14. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Quartumdecimum capitulum, in quo ponuntur conclusiones de velocitate motus in medio non resistente, in quo est progressio sive extensio latitudinis resistentiae non gradu aut extremo remissiori quiescente insequendo ordinem et modum calculatoris

Expeditis conclusionibus de velocitate motus in medio non resistente, in quo est progressio latitudinis resistentiae uniformiter difformis quiescente extremo intensiori. Iam restat inducere conclusiones de eadem materia quiescente non gradu aut extremo remissiori. Quibus inducendis aliquas solito more suppositionis praemittam.

De motu locali quo ad causam in medio non resiste.

133

Prima suppositio. Latitudine resistentie uniformiter difformis ad non gradum terminatam continuo mouente siue p[ro]grediente p[er] mediu[m] non resistentis ipsa continuo uniformiter difformi manente et non gradu eius continuo quiescente: quodlibet eius punctum intrinsecum in ea p[ro]portione continuo quolibet altero remissiori velocius mouetur in qua est ipso intensius p[ro]bat: sit a. latitudo resistentie uniformiter difformis ad non gradum terminatam. q[ui] continuo uniformiter difformis manens p[ro]gredia[n]t[ur] successiue p[er] mediu[m] non resistentis non gradu[m] eius quiescente eo modo quo superius declaratum est in tertia et quarta suppositionibus precedentis capituli: sitq[ue] b. punctus intrinsecus interius c. vero etiam intrinsecus et remissior inter q[ui] puncta sit p[ro]portio f. Tunc dico q[uo]d b. punctus continuo in f. p[ro]portione velocius mouet ipso c. puncto. Quod sic ostendit: q[uo]d intensio ip[s]i b. puncti ad intensio[n]em c. puncti continuo est p[ro]portio f. ex hypothesi: et continuo a. latitudo resistentie manet uniformiter difformis ad non gradum terminatam: igitur continuo distantia ip[s]ius b. a non gradu ad distantiam ip[s]ius c. a non gradu est p[ro]portio f. p[ro]bat consequentia ex diffinitione qualitatibus uniformiter difformis quarto tractatu: et continuo distantia ip[s]i b. a non gradu et distantia ip[s]ius c. a non gradu maiorantur p[er] continuu[m] motu[m] ip[s]ius b. et ip[s]ius c. igitur continuo distantie acquisite p[er] motu[m] ip[s]ius b. ad distantiam acquisitam p[er] motu[m] ip[s]ius c. est p[ro]portio f. p[ro]bat consequentia ex primo et secundo correlario quate conclusio[n]is secundi capituli secunde partis: et p[ro]sequens continuo b. punctus in f. p[ro]portione velocius mouetur c. puncto quod fuit p[ro]bandum. Et sic patet suppositio.

Secunda suppositio. Latitudine resistentie uniformiter difformis utriusq[ue] ad gradum terminatam continuo mouente siue p[ro]grediente p[er] mediu[m] non resistentis ipsa continuo manente uniformiter difformi et extremo eius remissiori quiescente: quodlibet punctum eius intrinsecum in maiori p[ro]portione continuo quolibet altero intrinsecus remissiori velocius mouetur quam sit p[ro]portio in qua est ipso intensius p[ro]bat: sit a. latitudo resistentie uniformiter difformis utriusq[ue] ad gradum terminatam que continuo manens uniformiter difformis p[ro]gredia[n]t[ur] successiue p[er] mediu[m] non resistentis extremo remissiori eius quiescente ut sepe supra dictu[m] est. sitq[ue] b. punctus extrinsecus intensior. c. vero etiam intrinsecus et remissior inter que puncta sit p[ro]portio f. Tunc dico q[uo]d b. punctus continuo in maiore p[ro]portione quam f. velocius mouetur c. puncto. Quod sic ostendit et capio d. latitudinem resistentie uniformiter difformis continuo eiusdem extensionis o[mn]ino cu[m] a. incipientem in extremo intensiori ab eadem gradu cu[m] a. terminatam tamen ad non gradum: et sit h. punctus qui tantu[m] distat continuo ab extremo remissiori d. latitudinis adequate quam b. distat ab extremo remissiori ip[s]ius a. latitudinis: et sit k. punctus remissior h[uius] (ut oportet) qui continuo tantu[m] distat adequate ab extremo remissiori d. latitudinis quantum c. distat ab extremo remissiori ip[s]ius a. Et sit l. p[ro]portio h. puncti ad ipsum k. Et arguo sic continuo h. punctus in l. p[ro]portione mouetur velocius k. puncto ut patet ex precedenti suppositione. Et continuo in eadem l. p[ro]portione b. punctus mouetur velocius ip[s]o c. puncto (ut patet inuenti causa sum). Et intensio ip[s]ius h. puncti ad intensio[n]em ip[s]ius k. puncti est maior p[ro]portio quam intensio ip[s]ius b. ad intensio[n]em ip[s]ius c. puncti que est f. ex hypo-

thesi: ergo k. p[ro]portio est maior quam f. p[ro]portio et k. est p[ro]portio a qua velocius mouetur b. quam c. et f. est p[ro]portio intensio[n]is ip[s]ius b. puncti ad ipsum c. p[ro]portio[n]em: ergo b. punctus continuo in maiori p[ro]portione quam f. velocius mouetur c. puncto: quod fuit p[ro]bandu[m]. Ad consequentia patet maior cu[m] prima parte minoris. Et secunda pars minoris p[ro]bat videlicet q[uo]d intensio ip[s]ius h. puncti ad intensio[n]em a. quia b. et c. sunt puncta intensio[n]is: a qua h. et vt p[ro]bat et b. minori excessu excedit c. quam h. ipsum k. (cum totus excessus inter extrema d. latitudinis sit maior toto excessu inter extrema ip[s]i b. a. latitudinis: et sic inter extrema partiu[m] equaliu[m] ip[s]ius d. est maior excessus quam inter co[m]similes partes ip[s]ius a) ergo intensio ip[s]ius h. puncti ad intensio[n]em ip[s]ius k. puncti est maior p[ro]portio quam intensio ip[s]ius b. puncti ad intensio[n]em ip[s]ius c. puncti que est f. quod fuit inferendum. Et sic patet suppositio.

Tertia suppositio. Quandocunq[ue] aliquid que potentie que continuo inequaliter mouetur incipit in eodem instanti moueri ut attingant eque cito et in eodem instanti duo mobilia. precedentia tales potentias que mobilia etiam continuo mouentur recedendo ab ip[s]is potentis: et in principio motus distat potentia velocius mota a mobili quod ipsa insequitur plus reliqua tardius mota a suo in ea p[ro]portione qua velocius continuo mouetur: oportet si eque cito debeat utraq[ue] potentia suu[m] mobile attingere: q[uo]d in p[ro]portione in qua potentia velocius mouetur potentia tardio[n]e in ea p[ro]portione mobile quod debet attingi a potentia tardio[n]e tardius moueatur quam mobile quod debet attingi a potentia velociore. Nolo dicere: si fortes et plato incipiant in eodem instanti moueri persequendo suos equos fugientes: et continuo fortes moueatur in duplo velocius platone: et in instanti instantiuo motus equus fortis in duplo plus distat a forte quam equus platonis a platone: oportet q[uo]d equus platonis (cu[m] plato tardius moueatur) in duplo tardius moueatur q[uam] equus fortis: si utraq[ue] suu[m] equum eque cito debeat attingere. p[ro]bat ut sit a. potentia velocius continuo mota insequens c. mobile continuo ab ea recedens: et b. potentia continuo tardius mota insequens d. mobile continuo ab ea recedens distetq[ue] in principio motus a. potentia plus in f. p[ro]portio[n]e a c. quam b. ab ip[s]o d. et in eadem f. p[ro]portio[n]e a. potentia continuo velocius moueatur ipsa b. potentia: et sic moueantur continuo ut tandem in eodem instanti quod sit e. attingant sua mobilia precedentia. Tunc dico q[uo]d oportet d. in f. p[ro]portione continuo tardius moueri ip[s]o c. Quod sic ostendit q[uo]d continuo a. mouetur in f. p[ro]portione velocius ip[s]a b. potentia insequendo mobilia precedentia vsq[ue] ad instans e. ex hypothesi: igitur spaci[u]m pertransit ab a. potentia vsq[ue] ad instans e. ad spaci[u]m pertransit ab a. potentia vsq[ue] ad idem e. instans est p[ro]portio f. patet consequentia ex se: et ultra spaci[u]m pertransit ab a. potentia vsq[ue] ad instans e. ad spaci[u]m pertransit ab a. potentia vsq[ue] ad idem instans est f. p[ro]portio: igitur demodo ab illis spacijs partes se habentes in f. p[ro]portione. puta spaci[u]m p[ro]portio[n]is a p[ro]portio[n]e motu[m] a. distat a c. et spaci[u]m p[ro]portio[n]is a p[ro]portio[n]e motu[m] b. potest distat a d. q[uo]d ex hypothesi se habet in f. p[ro]portio[n]e residua spacia se habent in f. p[ro]portio[n]e: patet consequentia ex septimo correlario quate conclusio[n]is octauis capituli secunde partis. Sed residua spacia puta residuum spaci[u]m maioris pertransit ab a. et residuum spaci[u]m minoris pertransit a b. potentia sunt spacia pertransita a c. mobili

Prima suppositio: latitudine resistentiae uniformiter difformis ad non gradum terminatae continuo movente sive progrediente per medium non resistens, ipsa continuo uniformiter difformi manente et non gradu eius continuo quiescente quolibet eius punctum intrinsecum in ea proportione continuo quolibet altero remissiori velocius movetur, in qua est ipso intensius. Probatur: sit A latitudo resistentiae uniformiter difformis ad non gradum terminatae, quae continuo uniformiter difformis manens progrediatur successive per medium non resistens non gradu eius quiescente eo modo, quo superius declaratum est in tertia et quarta suppositionibus praecedentis capituli, sitque B punctus intrinsecus intensior, C vero etiam intrinsecus et remissior, inter quae puncta sit proportio F. Tunc dico, quod B punctus continuo in F proportione velocius movetur ipso C puncto. Quod sic ostenditur, quia intensionis ipsius B puncti ad intensionem ipsius C puncti continuo est proportio F ex hypothesi, et continuo A latitudo resistentiae manet uniformiter difformis ad non gradum terminata, igitur continuo distantiae quantitate ipsius B a non gradu ad distantiam ipsius C a non gradu est proportio F. Patet consequentia ex definitione qualitatis uniformiter difformis quarto tractatu, et continuo distantia ipsius B a non gradu, et distantia ipsius C a non gradu maiorantur per continuum motum ipsius B et ipsius C, igitur continuo distantiae acquisitae per motum ipsius B ad distantiam acquisitam per motum ipsius C est proportio F. Patet consequentia ex primo et secundo correlario quintae conclusionis secundi capituli secundae partis, et per consequens continuo B punctus in F proportione velocius movetur C puncto. Quod fuit probandum. Et sic patet suppositio.

Secunda suppositio: latitudine resistentiae uniformiter difformis utrimque ad gradum terminatae continuo movente sive progrediente per medium non resistens ipsa continuo manente uniformiter difformi et extremo eius remissiori quiescente quolibet punctum eius intrinsecum in maiori proportione continuo quolibet altero intrinseco remissiori velocius movetur, quam sit proportio, in qua est ipso intensius. Probatur, sit A latitudo resistentiae uniformiter difformis utrimque ad gradum terminatae, quae continuo manens uniformiter difformis progrediatur successive per medium non resistens extremo remissiori eius quiescente, ut saepe supra dictum est, sitque B punctus {intrinsecus}¹ intensior, C vero etiam intrinsecus et remissior, inter quae puncta sit proportio F. Tunc dico, quod B punctus continuo in maiore proportione quam F velocius continuo movetur C puncto. Quod sic ostenditur, et capio D latitudinem resistentiae uniformiter difformis continuo eiusdem extensionis omnino cum A incipientem in extremo intensiori ab eadem gradu cum A terminatam, tamen ad non gradum, et sit H punctus, qui tantum distat continuo ab extremo remissiori D latitudinis adaequate, quantum B distat ab extremo remissiori ipsius A latitudinis, et sit K punctus remissior H, (ut oportet), qui continuo tantum distat adaequate ab extremo remissiori D latitudinis, quantum C distat ab extremo remissiori ipsius A. Et sit L proportio H puncti ad ipsum K. Et arguo sic: continuo H punctus in L proportione movetur velocius K puncto, ut patet ex praecedenti suppositione. Et continuo in eadem L proportione B punctus movetur velocius ipso C puncto, (ut patet intuitu casum). Et intensionis ipsius H puncti ad intensionem ipsius K puncti est maior proportio quam intensionis ipsius B ad intensionem ipsius C puncti, quae est F ex hypothesi, ergo {H}² proportio est maior quam F proportio, et {H}³ est proportio, a qua velocius movetur B quam C, et F

est proportio intensionis ipsius B puncti ad ipsum C potentiarum, ergo B punctus continuo in maiori proportione quam F velocius movetur C puncto. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum maiore cum prima parte minoris. Et secunda pars minoris probatur videlicet, quam intensionis ipsius H puncti ad intensionem et cetera, quia B et C sunt puncta intensiora quam H et K, ut constat, et B minori excessu excedit C quam H ipsum K, (cum totus excessus inter extrema D latitudinis sit maior toto excessu inter extrema ipsius A latitudinis, et sic inter extrema partium aequalium ipsius D est maior excessus quam inter consimiles partes ipsius A), ergo intensionis ipsius H puncti ad intensionem ipsius K puncti est maior proportio quam intensionis ipsius B puncti ad intensionem ipsius C puncti, quae est F, quod fuit inferendum. Et sic patet suppositio.

Tertia suppositio: quaecumque aliquae potentiae, quae continuo inaequaliter movetur, incipiunt in eodem instanti moveri, ut attingant aequae cito et in eodem instanti duo mobilia praecedentia tales potentias, quae mobilia etiam continuo moventur recedendo ab ipsis potentiis, et in principio velocior velocius movetur potentia mota a mobili, quod ipsa insequitur, plusquam reliqua tardius mota a suo in ea proportione, qua velocius continuo movetur, oportet, si aequae cito debeat utraque potentia suum mobile attingere, quod in proportione, in qua potentia velocior velocius movetur potentia tardiore, in ea proportione mobile, quod debet attingi a potentia tardiore, tardius moveatur quam mobile, quod debet attingi a potentia velociore. Volo dicere, quod si Socrates et Plato incipiant in eodem instanti moveri persequendo suos equos fugientes, et continuo Socrates moveatur in duplo velocius Platone, et in instanti initiativo motus equus Socratis in duplo plus distat a Socrate quam equus Platonis a Platone, oportet, quod equus Platonis, (cum Plato tardius moveatur), in duplo tardius moveatur quam equus Socratis, si uterque suum equum aequae cito debeat attingere. Probatur: sit A potentia velocius continuo mota insequens C mobile continuo ab ea recedens, et B potentia continuo tardius mota insequens D mobile continuo ab ea recedens, distetque in principio motus A potentia plus in F proportione a C quam B ab ipso D, et in eadem F proportione A potentia continuo velocius moveatur ipsa B potentia, et sic moveantur continuo ut tandem in eodem instanti, quod sit E, attingant sua mobilia praecedentia. Tunc dico, quod oportet D in F proportione continuo tardius moveri ipso C. Quod sic ostenditur, quia continuo A movetur in F proportione velocius ipsa B potentia insequendo mobilia praecedentia usque ad instans E ex hypothesi, igitur spatii pertransiti ab A potentia usque ad instans E ad spatium pertransitum a B potentia usque ad idem E instans est proportio F, patet consequentia ex se, et ultra spatii pertransiti ab A potentia usque ad instans E ad spatium pertransitum a B potentia usque ad idem instans est F proportio, igitur demendo ab illis spatiis partes se si abentes in F proportione, puta spatium, per quod a principio motus A distat a C, et spatium, per quod a principio motus B potentia distat a D, quae ex hypothesi se habent in F proportione, residua spatia se habent in F proportione, patet consequentia ex septimo correlario quartae conclusionis octavi capituli secundae partis.

Sed residua spatia, puta residuum spatii maioris pertransiti ab A et residuum spatii minoris pertransiti a B potentia, sunt spatia pertransita a C mobili

¹Sine cognitis: extrinsecus.

²Sine cognitis: K.

³Sine cognitis: K.

Primi tractatus

p. corre.

li & a d. mobili: igitur spacii pertransisti a c. mobili ad spacium pertransisti a d. mobili est f. p. portio: et per consequens d. mouetur tardus c. in f. p. portione qd fuit pbandū: p. t. ergo supposito. ¶ Ex hac suppositioe sequitur qd si mobile quod debet attingi a potentia tardius mora moueatur in maiori p. portione tardius alio qd sit p. portio distantia: tunc citius attingetur a sua potentia. Et si velocius tardus attingetur: patet facile.

Quarta suppositio latitudine resistētie vniiformiter difformis mouente modo dicto per mediū nō resistens: potentia que cū tali resistētia mouetur nunq̄ preterit partē vel punctū illius resistētie qui velocius mouetur quā potentia sufficit moueri cum illo. Hec vniq̄ punctus qui tardius mouetur quā potentia sufficit moueri cū illo preterit potentia. Hec etiā punctus qui ita velociter mouetur sicut potentia sufficit moueri cū illo preterit potentia aut preteritur ab ea. Patet hec suppositio facile intelligenti modum se habendi illius latitudinis sic progredientis in illo medio non resistente.

His suppositis. Sit prima conclusio

Progrediente in medio nō resistente latitudine resistētie vniiformiter difformis a nō gradu vsq̄ ad certū gradū: quiescente nō gradu: & quolibet puncto eius continuo vniiformiter moto: potentia incipiens simul moueri cū tali resistētia continuo vniiformiter mouebitur: dūmodo extremū intensiōis resistētie velocius continuo moueatur quā talis potentia sufficit mouere cum illo aut equaliter. Et intelligo in oibus cōclusionibus qd ipsa latitudo continuo maneat vniiformiter difformis. Probatur hec cōclusio. Et sit illa potentia in casu cōclusionis b. Et arguo sic b. potentia nunq̄ intendit: nec vniq̄ remittit motū suū continuo mouendo cū tali resistētia in casu dicto: & mouebitur cum tali resistētia in casu cōclusionis igitur b. continuo vniiformiter mouebitur quod fuit pbandū. Patet cōsequētia ex se. Et probatur maior qd si per aliquod tēpus b. potētia intendit motū suū: signetur punctus in q̄ est in instanti medio talis tēporis qui sit a. & arguo sic vel ipse punctus a. mouetur ita velociter sicut potentia sufficit mouere cū illo: vel velocius vel tardus. Si ita velociter iam sequitur qd nō intendit motum suū per illud tēpus: sed vniiformiter post illud instans continuo mouebitur (cū semper in illo puncto vt p. t. ex quarta suppositioe huius). Et si tardius sequitur qd tā potentia remittit motū suū: qd mouebitur versus puncta intensiōis. Si vero velocius ipse punctus a. moueatur quā ipsa potentia b. sequit̄ (cū semper a. moueat vniiformiter) qd potētia b. nunq̄ preterit a. punctū. P. t. cōsequētia est quarta suppositioe: & vltra b. potentia nūq̄ preterit a. punctū & imediate ante instans in quo est in illo puncto a. pcedebat illud: igit̄ semp̄ ante illud instans pcedit illud: & per cōsequens semp̄ ante illud instans mouebat cū maiori resistētia quā modo & tardius. & modo mouetur a. punctus velocius quam b. potentia ergo semp̄ ante illud instans a. punctus mouebat velocius quā b. potētia. & inceperit b. potētia & a. punctus in eodē instanti & ab eodē puncto vsus eandē differentia moueri. ergo modo a. pcedit b. & p. t. nō sūt similes qd est oppositū dātū. Sed tā pbat̄ minor vsq̄ per nullū tēpus remittit motum suū stante casu: qd si sic detur punctus in quo talis potētia est in instanti medio talis tēporis qui sit a. Et arguo sic ipsa potētia b. remittit motū suū p. t. ergo ipsa modo continuo pcedit vsus puncta intensiōis veniēdo ad a. punctū quo mo

Capitulū quartūdecimū.

do velocius mouet p. t. ergo semp̄ a. tēpus a. potētia b. sequatur a. punctū mouēs continuo cū minori resistētia quā modo. p. t. qd nō potest cū casu p. t. pcedere & postea sequi (vt facile deducit̄ ex quarta suppositioe) & ex cōsequētia sequit̄ qd continuo antea mouebat velocius quā modo cū a. puncto. & modo etiā velocius quā a. punctus motus continuo vniiformiter: ergo semp̄ pcedit b. potētia a. punctū. & modo etiā pcedit: & p. t. nō sūt similes & p. t. sūt similes ergo cōtradictio & sic p. t. totū antecedens: & per cōsequens conclusio.

Secunda conclusio latitudine vniiformiter difformis sic progrediente (vt dictū est) p. t. medio nō resistens quolibet puncto intrinseco continuo intendente motū suū: quiescente nō gradu vel extremo remissiori: extremoq̄ intensiori: velocius continuo mouete quā potētia q̄ mouet cū tali resistētia sufficiat moueri cū illo: talis potētia incipiens moueri ab eodem puncto. & in eodē instanti cū tali resistētia continuo intendit motū suū quādiu cū tali resistētia mouet stante casu. Probatur qd talis potētia p. nullū tēpus mouetur vniiformiter: nec p. aliquod tēpus remittit motum suū cū tali resistētia stante casu: & mouet (vt pono) igit̄ continuo intendit motū suū: qd est nota & maior p. t. manifeste ex scōo correlario prime cōclusionis pcedentis capituli. Sed minor pbat̄ videlicet qd per nullū tēpus remittit motū suū stante casu: qd si sic detur aliquod tēpus per qd continuo remittit motum suū. & ligno punctū in quo potētia est in instanti medio illius tēporis: & sit a. Et arguit̄ sic in illo instanti potētia est in a. puncto: & remittit motū suū p. t. igit̄ velocius mouet ipso a. pcedēdo continuo vsus puncta intensiōis. Et vltra velocius mouet ipso a. puncto pcedēdo continuo vsus puncta intensiōis: & ipse a. punctus semp̄ a. tēpus mouebat quā modo: cū continuo ex casu intendat motū suū: & potētia semp̄ antea velocius mouebat qd modo cū continuo antea esset in remissiori resistētia siue puncto quā est a. In quo modo est (nō em̄ p. t. pcedit ipsa potētia a. punctū. & deinde ipse a. punctus preterit ipsa potētia vt p. t. ex quarta suppositioe) igit̄ semp̄ antea velocius mouebat potētia qd a. punctus: & p. t. modo pcedit ipsa potētia a. punctū cū incipit ab eodē puncto in eodē instanti moueri & sic non est modo in ipso a. puncto: & nūc est in illo p. t.: igit̄ cōtradictio: & sic p. t. qd nō est dicendū illā potētia per aliquod tēpus remittit motum suum: quod fuit probandum. Patet ergo conclusio.

Tertia conclusio. Progrediente latitudine vniiformiter difformis reuertētie & c. vt dictū est quiescente nō gradu. aut extremo remissiori: quolibet puncto intrinseco continuo remittente motū suū. intensiori extremo incipiente velocius moueri qd potētia q̄ mouet cū tali resistētia sufficiat moueri ad illo: talis potētia incipiens moueri cū tali resistētia in eodē instanti ab eodē puncto continuo quādiu sic mouet cū tali resistētia stante casu remittit motū suū. Probatur: qm̄ talis potētia mouet cū tali resistētia vt p. t. Et p. nullū tēpus vniiformiter mouet stante casu (vt p. t. ex scōo correlario prime cōclusionis pcedētis capituli). Hec p. aliquod tēpus intendit motū suū mouēdo cū tali resistētia: igit̄ continuo remittit motū suū mouēdo cū tali resistētia stante casu qd fuit pbandū p. t. qd a. pbat̄ scōa p. t. maioris vsq̄ p. nullū tēpus intendit motū suū: qd si sic detur punctus in quo potētia est in instanti medio talis tēporis & sit a. Et arguit̄ sic per illud tēpus potētia intendit motū suū per se. & in instanti medio illius est in a. puncto: igit̄ ille punctus a. pcedet ipsam potētia in imediate post illud in stans. & potētia erit cum remissiori puncto: patet

et a D mobili, igitur spatii pertransiti a C mobili ad spatium pertransitum a D mobili est F proportio, et per consequens D movetur tardius C in F proportione. Quod fuit probandum. Patet ergo supposito. ¶ Ex hac suppositione sequitur, quod si mobile, quod debet attingi a potentia tardius mota, moveatur in maiori proportione tardius alio, quam sit proportio distantiarum, tunc citius attingetur a sua potentia. Et si velocius, tardius attingetur. Patet facile.

Quarta suppositio: latitudine resistentiae uniformiter difformis movente modo dicto per medium non resistens potentia, quae cum tali resistentia movetur, nunquam praeterit partem vel punctum illius resistentiae, qui velocius movetur, quam potentia sufficit moveri cum illo, nec unquam punctus, qui tardius movetur, quam potentia sufficit moveri cum illo, praeterit potentiam, nec etiam punctus, qui ita velociter movetur, sicut potentia sufficit moveri cum illo, praeterit potentiam aut praeteritur ab ea. Patet haec suppositio facile intelligenti modum se habendi illius latitudinis sic progredientis in illo medio non resistente.

His suppositis sit prima conclusio: progrediente in medio non resistente latitudine resistentiae uniformiter difformis a non gradu usque ad certum gradum quiescente non gradu et quolibet puncto eius continuo uniformiter moto potentia incipiens simul moveri cum tali resistentia continuo uniformiter movebitur, dummodo extremum intensius talis resistentiae velocius continuo moveatur, quam talis potentia sufficit movere cum illo aut aequaliter. Et intelligo in omnibus conclusionibus, quod ipsa latitudo continuo maneat uniformiter difformis. Probatur haec conclusio. Et sit illa potentia in casu conclusionis B. Et arguo sic: B potentia numquam intendit nec unquam remittit motum suum continuo movendo cum tali resistentia in casu dicto, et movebitur cum tali resistentia in casu conclusionis, igitur B continuo uniformiter movebitur. Quod fuit probandum. Patet consequentia ex se. Et probatur maior, quia si per aliquod tempus B potentia intendit motum suum, signetur punctus, in quo est in instanti medio talis temporis, qui sit A, et arguo sic: vel ipse punctus A movetur ita velociter sicut potentia sufficit movere cum illo vel velocius vel tardius. Si ita velociter iam sequitur, quod non intendit motum suum per illud tempus, sed uniformiter post illud instans continuo movebitur, (cum semper erit in illo puncto, ut patet ex quarta suppositione huius). Et si tardius, sequitur, quod iam potentia remittit motum suum, quia movebitur versus puncta intensiora. Si vero velocius, ipse punctus A moveatur quam ipsa potentia B, sequitur, (cum semper A moveatur uniformiter), quod potentia B numquam praeterit A punctum. Patet consequentia est quarta suppositione, et ultra B potentia numquam praeterit A punctum et immediate ante instans, in quo est, in illo puncto A praecedebat illud, igitur semper ante illud instans praecessit illud, et per consequens semper ante illud instans movebatur cum maiori resistentia, quam modo et tardius, et modo movetur A punctus velocius quam B potentia, ergo semper ante illud instans A punctus movebatur velocius quam B potentia, et inceperunt B potentia et A punctus in eodem instanti et ab eodem puncto versus eandem differentiam moveri. Ergo modo A praecedit B, et per consequens non sunt simul, quod est oppositum dati. Sed iam probatur minor videlicet, quod per nullum tempus remittit motum suum stante casu, quod si sic, detur punctus, in quo talis potentia est, in instanti medio talis temporis, qui sit A. Et arguo sic: ipsa potentia B remittit motum suum per te, ergo ipsa modo continuo procedit versus puncta intensiora veniendo ad A punctum, quo modo | velocius movetur per te, ergo semper antea potentia B sequebatur A punctum movens continuo cum minori resistentia quam modo, patet consequentia, quia non potest cum casu prius praecedere et postea sequi, (ut facile deducitur ex quarta suppositio[n]e), et ex consequenti sequitur, quod

continuo antea movebatur velocius, quam modo cum A puncto, et modo etiam velocius quam A punctus motus continuo uniformiter, ergo semper praecessit B potentia A punctum, et modo etiam praecedit, et per consequens sunt simul, et per te sunt simul, ergo contradictio, et sic patet totum antecedens, et per consequens conclusio.

Secunda conclusio: latitudine uniformiter difformi sic progrediente (ut dictum est) per medium non resistens quolibet puncto intrinseco continuo intendente motum suum quiescente non gradu vel extremo remissiori extremoque intensiori velocius continuo movente, quam potentia, quae movetur cum tali resistentia, sufficiat moveri cum illo, talis potentia incipiens moveri ab eodem puncto et in eodem instanti cum tali resistentia continuo intendit motum suum, quamdiu cum tali resistentia movetur stante casu. Probatur, quia talis potentia per nullum tempus movetur uniformiter nec per aliquod tempus remittit motum suum cum tali resistentia stante casu, et movetur, (ut pono), igitur continuo intendit motum suum, consequentia est nota, et maior patet manifeste ex secundo correlario primae conclusionis praecedentis capitis. Sed minor probatur videlicet, quod per nullum tempus remittit motum suum stante casu, quia si sic, detur aliquod tempus, per quod continuo remittit motum suum, et signo punctum, in quo potentia est, in instanti medio illius temporis, et sit A. Et arguitur sic: in illo instanti potentia est in A puncto, et remittit motum suum per te, igitur velocius movetur ipso A procedendo continuo versus puncta intensiora. Et ultra velocius movetur ipso A puncto procedendo continuo versus puncta intensiora, et ipse A punctus semper ante[a] tardius movebatur quam modo, cum continuo ex casu intendat motum suum, et potentia semper antea velocius movebatur quam modo, cum continuo antea esset in remissiori resistentia sive puncto, quam est A, in quo modo est, (non enim prius praecessit ipsa potentia A punctum, et deinde ipse A punctus praeterit ipsam potentiam, ut patet ex quarta suppositione), igitur semper antea velocius movebatur potentia quam A punctus, et per consequens modo praecedit ipsa potentia A punctum, cum incipiunt ab eodem puncto in eodem instanti moveri, et sic non est modo in ipso A puncto, et nunc est in illo per te, igitur contradictio, et sic patet, quod non est dicendum illam potentiam per aliquod tempus remittere motum suum. Quod fuit probandum. Patet ergo conclusio.

Tertia conclusio: progrediente latitudine uniformiter difformis resistentiae et cetera, ut dictum est, quiescente non gradu aut extremo remissiori, quolibet puncto intrinseco continuo remittente motum suum, intensiori extremo incipiente velocius moveri, quam potentia, quae movetur cum tali resistentia, sufficiat moveri ad illo, talis potentia incipiens moveri cum tali resistentia in eodem instanti ab eodem puncto continuo, quamdiu sic movetur cum tali resistentia stante casu, remittit motum suum. Probatur, quia talis potentia movetur cum tali resistentia, ut patet. Et per nullum tempus uniformiter movetur stante casu, (ut patet ex secundo correlario primae conclusionis praecedentis capitis). Nec per aliquod tempus intendit motum suum movendo cum tali resistentia, igitur continuo remittit motum suum movendo cum tali resistentia stante casu. Quod fuit probandum. Patet consequentia, et probatur secunda pars maioris videlicet, quod per nullum tempus intendit motum suum, quia si sic, detur punctus, in quo potentia est in instanti medio talis temporis, et sit A. Et arguitur sic: per illud tempus potentia intendit motum suum per te, et in instanti medio illius est in A puncto, igitur ille punctus A praecedet ipsam potentiam immediate post illud instans, et potentia erit cum remissiori puncto, patet

De motu quo ad causam in medio non resiste.

134

cōsequentia intellegenti modum procedendi talis
 resistentie: & ultra precedet ipsam: igitur velocius
 mouetur q̄ potētia: & semper antea velocius a. mo-
 uebatur q̄ modo cum cōtinuo remittat motum suū
 ex casu: & potētia semper antea mouebatur tardus
 q̄ modo: quia cōtinuo precedebat ipsum a. mouens
 do cum maiori resistentia quā a. non est aliquando
 sequebatur potentia ipsum a. punctū & postea pre-
 cessit ipsum a. patet ex quarta suppositione. Itam
 semper antea a. velocius mouetur quam potentia:
 igitur semper a. precedit potentiam & sic modo in
 instanti dato nō sunt simul (incipiunt enim ab eodē
 instanti et puncto) et sunt in eodem instanti simul
 per te: ergo cōtradictio. non est igitur dicendum q̄
 aliquando potentia intendit motum suū quod fuit
 probandum: patet ergo conclusio.

Quarta conclusio. Ubicunq; in me-
 dio nō resistente sit progressio latitudinis resisten-
 tie vniiformiter difformis partibiliter quoad sub-
 iectum modo expōsito quolibet puncto eius in trin-
 seco cōtinuo vniiformiter intendente motum suū
 non gradu. aut extremo remissiori quiescente: po-
